



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Saxonia Catholica, Hoc Est Christianae Fidei, Qvam Ad  
Salvtem Animarvm Aviti Avgvstae Domvs Saxonicae  
Principes, Reges, & Imperatores coluerunt, Gloriosa  
Confessio**

**Cutsemius, Petrus**

**Coloniae Agrippinae, 1621**

Rvdolphvs Sueuus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11884**

lium eligerent, sæpè, & numerosè conuenerunt, & de facto elegerunt, viuentè Henrico, Sueuiæ Rudolphum Ducem in Regem.

## RUDOLPHVS

Sueuus..

QVON testis coætaneus, & author fide dignus Bertho'dus presbyter Cõstatiensis, & Penitentiarius apostolicus refert ad an. 1077. his verbis: *Vnde & Papa missis Legatis Principibus Regni declarauit, se parum profecisse in eo, quod illi Henricum in communionem receperit, cum Simoniaci, & excommunicati non minus tunc fouerentur ab eo, quam pridem. His ergo auditis Principes Regni generali colloquio apud Forcheim 3. Idus Martij habito egregium Rudolphum Ducem sibi in Regem sublimarunt, quæ 7. Cal. April. coronarunt. Et Otto Frising. lib. 1. de gestis Frid. cap. 7. Rudolphus Dux Sueuorum ab eis Rex factus, diadema à Romana Ecclesia accepisse traditur cum huiusmodi scripto:*

*Roma dedit Petro, Petrus diadema Rudolpho.*

Albertus Abbas Stadenfis ad an. 1076. eandem profequens historiam, primò versum istum variat, dicens; *cui Papa auream transmisit coronam, hoc versu intitulatam:*

*Petra dedit Romam Petro, Tibi Papa Coronam.*

Deinde addit: *Præcepitque Moguntino, & Coloniensi, cæterisque Episcopis, & Principibus vt ad-*

iiii

*adiuuarent partes Rodulphi, & statuerent eum Regem, additiq; sunt eius parti Saxones, & Sæui. Et adhuc clarius de eodem ad an. 1077. Rodolphus, inquit, à Principibus Saxonie, fauentibus Sigfrido Moguntino, & Adalberone VVirceburgensi, Bertholdo quoq; Duce Carinthie in presentia quorundam Romane Sedis Legatorum apud Forchem in Regem eleuatur, & ab eodem Sigfrido apud Moguntiam XII. Cal. April. in Regem vngitur.*

---

### HERMANNVS Lucelburg.

**M**ORTVO Rudolpho ann. 1080. Regni Teutonici Proceres Archiepiscopi, Episcopi, Duces, Marchiones, & Comites, conuentu facto rursus elegerunt An. 1081. Henrico adhuc superstite, Hermannum Lucelburgensem, vt refert idem Bertholdus; Et Albertus Abbas Stad. ad an. 1082. *Hermannus, inquit, à Saxonibus (quorum maior numerus erat,) Rex constituitur.*

---

### HENRICVS V.

**I**LLO etiam defuncto ann. 1088. Henrico adhuc diu superuiente, filius eius Henricus Quintus, patri excommunicato, impænitentii, incorrigibili bellum inferens, insignia Regni extorquet, sibiq; iam conferri, ac dari postu-